



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ioannis Baptistae Egnatii Veneti Romanorvm Principvm Liber Tertivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

in Asiam abiit solitariã uitã secutus: & Maomethæ filio cura rerũ demandata sub Calibassæ tutela, quã non multo post repetere suasus (ætas enim filij nõ factis idonea rei administrandæ adhuc uidebat) Epeirũ ingenti exercitu repetit (defecerat em̄ ferè uniuersa Scanderbecchio autore) & Croia frustra per aliquot menses oppugnata, mœrore animi obiit, cũ annos quatuor & xxx. regnasset. Longũ esset, si Maomethis eius filij res gestas explicem: quæ quãtũ fuerint, nouum Othomanicæ familiæ magni cognomẽtũ ab eo quæsitiũ, & in hæredes iã trãmissum arguat. Is em̄ duo Christianorũ imperia Constantinopolitanum, & Trapezuntium subuertit, regna duodecim nobis ademit, ducẽtas urbes Christianã pietatẽ secutas cepit: & in his Chalcidẽ insulã armis & Scodram deditione Venetis extorsit, bellum marisimũ per multos annos cũ maioribus nostris gessit. Caphã ponticã urbem expugnauit. Rhodon insulã frustra tentauit. Italiae capto Hydrunte arma intulit, & dũ plusq; ciuile bellũ in maiorẽ filiũ meditatũ, cum annũ unũ & xxx. præfuisset, obiit anno salutis nostræ M. CCCC. octuagesimo primo, quinto Noñ. Maij. Quo mortuo res Turcica ciuilibus armis alij quãdiu iactata est. Sed minore fratre uicto & fugato, solus imperium Pazaites obtinuit, qui Vlachiæ castella quãdã cũ expugnasset, inde in Sultanũ Aegyptium copias eduxit, à quo sæpe uicti Turcæ tandẽ pacẽ, fœdusq; iniere. Ceterum cũ ocij appetẽtior à natura uideret, nec tamẽ per suorũ hominũ ferociam ferari à re bellica posset, paratis terra marisq; ingentib; copijs anno M. CCCC. nonagesimo secũdo, Cerauniorũ montiũ accolas inuadit: tractumq; illũ liberarũ semp ad eã diem gentiũ Turcicæ seruituti subdit: inde septimo post anno terribili classis apparatu Venetis Methonem, Naupactumq; mox inde & Dyrrhachium adimit: Quin & in Foroiulensi agro trepidatũ Turcis fœde terrã eam magno nostrorũ dãno uastatibus. Nec multo post pax secuta Andreæ Gritti patricij clarissimi opa, post quã nõ diu supstes Pazaites fuit regno à Selino filio pulsus, qui rerũ nũc potitur, ex quo annos fermè xxx. imperitasset.

IOANNIS BAPTISTAE

EGNATII VENETI ROMANORVM

PRINCIPVM LIBER TERTIVS.



ENTVM iam est mihi ad tertium, atq; ultimũ instituta cõmentationis librũ, quæ mihi ut laboris & operæ minus, ita certe multo plus uoluptatis allatura sit. Nam & à continuis imperij cladibus tantisper auertitur animus, dum lætiora persequor. & hi mihi principes posthac erunt referendi, quorũ res gestæ & domi, forisq; felicitas in plerisq; tanta est, ut ueterũ Romanorũ gloriã non pauci ex his æquent: certe recentiorũ memoriã, eorũ uidelicet qui supra millesimum annũ à me repetiti sunt, adeo obscurent, ut iniquissime propemodum

dd 2 faciat, siquis

faciat, si quis hosce illis cōferat. Nā ut in plerisq; sordes, & generis pudendā originē fileam, quotus eorū quāso fuit, qui aut augendæ Reip. studuerit: aut auaricia nō flagrarit: aut sauitia in suos, in externos perfidia infamis non uixerit: adde ueræ pietatis in hisce contemptū: tot hærefes ab illis, aut per summū scelus excogitatas, aut ad insaniā usq; & pontificū Romanorū exilia & cædē p̄tinaciter assertas, accessit odiū plus q̄ hostile in Latinum nomē. Quid dicā quoties insultatū sit Romanis p̄tōficib;? Quoties eorū uiolata maiestas? Nā schismatis crimē eo grauius existimari debet, quo & cōcordiā nostrorū pontificū sapius expetiere, & expetitam pari leuitate reiecere. Donec paulatim uetere labente disciplina, rēq; magis ac magis in lapsum prona, tum demū in præceptis nostris tēporibus acta, imperiū tāta indole partū, & auētum ad Turcas transferit, quo factum est, ut gens olim in terris ingeniorū acumine, tot artium solertia, tanto rerum usu celeberrima: addo, legibus, institutis domesticis, eloquentiæ studio, & tot urbibus ac Colonis per orbem deductis frequētia & amplitudine optime de humano genere merita: nunc aris, focisq; patrijs expulsa, inops, egenisq; alienæ opis, aut erret profuga, aut immanium Barbarorū iugo subiecta seruiat, ut iam in ipsa Græcia quæramus Græciam. Quod si uerū est, fruges & arbores pro soli, terrarumq; ingenio mutari, & de cælo mortales quod hauriant, naturā & mores inducere: simile ueri certe uideri possit, Thraciā illam feritatē, & Bithynicam barbariē (quando hæc loca recentiores Græci tenuere) esse ab his hauistā: & alioqui Thracēs homines & Phryges, & (quod præcipue pudeat) Macedonū Cappadocūq; mancipia rerū potiti sunt, ne aliquot Isauricæ gentis ingerā: qui tamen usu, consuetudineq; græcā linguā imbiberant, patrios tamē mores, quibus innutriti fuerant, retinerēt, unde illis fortasse cuncta perdendi libido, tanq̄ non propria tuentibus: & Romani nominis, Latiniq; cōtemptus ac odiū, quod à principibus suis acceptum semigræci homines, nec quicq; auita indolis ac prudentiæ redolentes, si linguā, uestitūq; demas, in posteros transmisere. Siquidē diuinitus à Platone dictum, quales essent principes, tales ferē esse eorū, qui his obediunt, mores. Cæterū querelæ, ne tum quidem gratæ futuræ, cum necessariæ essent, certe ab his nostris libris absint. Quibus id tantum agimus, uti rem obscurem, ac propē obsoletam illustremus: & uarijs monimētis traditam, nec Græcis, Latinisq; hominibus satis exploratam, breui hoc uolumine cōplectamur. Sumemus igitur auspiciū Dijs fauentibus, à Carolo Francorum rege, cui res egregiæ gestæ Magni cognomentum iure peperere.

CAROLVS MAGNVS.

Irene Constantini matre Byzanti rerū potiente, cum imperij Romani maiestas omnia sibi Barbaris uendicātibus obsolesceret, nec in fœmina, quāuis altæ indolis, inesse præsidij multum uideretur: Leo pontifex scito Romani populi Clericq; rogatu Carolum Francorum regem, ob egregia in Christianū nomen, & Romanam sedem merita, Romanorum imperatorem primus appellat, inunctumq; cum Pipino filio Augustum consecrat, anno ex quo in Italia imperari desitum post Augustuli interitum trecentesimo ac trigésimo, salutis nostræ

nostræ octogesimo, regni uero eius, ex quo Francis præfuerat trigesimalotertio, dies tantæ rei Iduum Decembrium delectus. Subsecutâq; mox PO. RO. acclamatio, Carolo Augusto magno & pacifico uita & uictoria. Huic Pipinus pater fuit, qui primus Christianissimi cognomentum tulit, ob nauatam Romano pontifici aduersus Langobardos egregiâ operâ. Carolus aut paternæ uirtutis æmulus, sub regni initia bello defunctus Aquitanico, Italiâ, Adriani pontificis adhortatione secutus, ingreditur. Langobardorû regnum capto eorû rege Desyderio, Francico nomini subigit. Saxones sapius rebellantes tricennali tandem bello uincit, & quod ab initio semper egerat, uera pietate imbuit. Sarracenos Hispaniam ferè omnè uastantes intra Baticæ angulû cõpellit: & præfidijs Pompeiopoli, ac Casaraugustæ impositis, dũ in Franciâ redit, Vasconû insidias passus, nõ paucos ex suis & in his fortissimû quemq; amittit. Sclauos, Danos, & Baioarios tumultuantes in ditione suâ redigit. Iterû Italiâ ingressus, ut Romanæ ecclesiæ patrociniû semel receptû constanter tueret, Beneuentanorû ducẽ Aragisum, Langobardorû reliquias adhuc fouentẽ, ad officiû cogit. Hunnicum bellû octauo post anno felicissime cõficit: cũ eorû regiam, quæ Rhingus appellabat, expugnasset, & Thesauros opulētissimæ omniû gētis asportasset. Inde tertio in Italiâ contendens, pontificis Leonis iniuriam ulturus, simul & eius causam cogniturus, omnia ex sententia cõponit. Vnde illi post ingentia merita imperatoria maiestas & posteris quæsitæ. Quare cõpositis Italiæ rebus, cũ nihil grauius in Langobardos statuisset, q̃ ut æquo cũ Italis iure uiueret, & partito imperio cũ Irene, in quo diserte cautû, ut Veneti suis uterent legibus, & bello pacẽ neutrius censerent iuris, in Gallias redit, filiõq; Ludouico cõsorte imperij declarato, tandẽ morit̃ Aquisgranî v. Cal. Februarij, ætatis anno septuagesimo primo, regni quadragesimo septimo, post Lãgobardos debellatos quadragesimotertio, ex quo uero Augustus à Leone potifice dictus est XIII. Fuit in hoc p̃cipe, qd̃ incredibile multis uideat̃, pacis, belliq; par studiû, insignis pietas, beneficẽtia singularis, humanitas quãta in superiorû principû nullo in rebus bellicis maiorne uirtus an felicitas extiterit, nescias, nullus certe ferociores gentes debellauit, nemo collatis signis sapius dimicauit, nemo bonarû artium studia indulgẽtius fouit, ipse Parisiẽse gymnasiû, & Papiẽse uiris undiq; doctissimis accersitis instituit: tẽpla diuis erexit: ueræ religionis obseruator etiã in minimis fuit. Iniurias illatas ciuili animo tulit, in hostes raro acerbius sauijt. Italiæ gloriæ ita studuit, & quieti, ut præter Florentiã urbẽ instauratã, dallas quoq; paratas habuerit, quib⁹ Maurorû populatiões arceret. His meritis ad hæc usq; t̃pa à multis ut cælitum unus colit̃. Eius monimẽti Elogiû hmõi fuisse traditur:

CAROLI MAGNI CHRISTIANISSIMI ROMANORVM IMPERATORIS CORPVS HOC CONDITVM EST SEPVLCHRO.

LVDOVICVS PIVS.

IAm uti Carolo patri res egregiæ domi, forisq; gestæ Magni cognomẽtû pererere: sic Ludouico facilitas, ac clemẽtia, religionisq; summum studium, Pij tertio ad hoc æui dedit. Qui sub patris mortem Aquisgranum ex Aquitania

dd 3 cõtendens

contendēs, diuersarū primo gentiū legationes audiit, inde Dacicum bellum ex sentētia cōficit: nec multo post Bernardū ex Pipino filio nepotē in Italia res nouas molientē capitali pœna afficit. in antistites rerum nouarum autores mitius actum: indusi cœnobij̄s uita donant. & cum Britones, reliquosq; pacis turbatores cōpressisset, à filijs tribus captus, tanq̄ in Carolum natu minimū ppenfior esset, imperium eiurare cogitur, sed tumultuante optimo quoq; restitutus pristinae dignitati, non multo post partito imperio decessit Maguntia, cum imperasset annis uiginti septē, uixisset LXIII. Hic Stephanū Romanū pontificem magna Gallorum frequētia exceptum, & cruce magni ponderis donatū à se dimisit. Quin & Pascali ius eligendorū p̄sulum remisit: sanxitq; ut sacri ordinis homines à gemmis, cultiorēq; uestitu temperarēt, Quid facturus pientissimus imperator, si luxum nostri temporis aduerteret?

LOTHARIVS.

TRes supstites liberi Ludouico fuere. Lotharius natu maxim⁹, p̄ter Italia regnū Narbonensem Galliam & imperij decus assequit. Carolo Gallia omnis citra Mosam data. Ludouicū Germani regē sortiti, sed non diu mansit fratrum concordia. Violatus (credo) ab his pater tanti sceleris pœnas exposcebat: quippe qui ardentibus animis inter se, dum paternam imperij diuisionem æquo animo nō ferūt, infestis signis cōcurrere ad Fontanicū Altissiodorensis agri uicum. qua acie tot Gallorū millia utrinq; cecidere, ut conuulsæ propē imperij uires sint. uictus tamen Lotharius, & Ludouicus à Carolo. & cū bellū iterū repararēt, iterū fusi pacē petiere. Quæ his propē cōditionibus data, ut imperij titulo Lotharius cū Italia & Narbonensi Gallia frueret, Ludouicus Germaniam possideret, Carolus Francis à Mosa ad oceanum p̄asset: addita & ea Gallia pars, quæ Scalden inter & Rhenum iacet: ea nunc Lothoringia est. Ipse cum Ludouicum filium regni consortem adsciuisset, & imperij socium declarasset, xv post anno monasticam uitam secutus est, tædio rerum aduersarum (ut opinantur) affectus.

LUDOUICVS.

Hic Lotharij filius eo uiuente (uti diximus) regni, imperijq; cōsors efficitur. Romæq; à Sergio pōtifice inungit & coronat, reuersusq; ex Italia in Germaniā, post patris mortē cū Carolo Caluo Fracōrū rege discordibus animis ferē semp uixit p̄pter Austrasie regnū, quod Lotharij fratris fuerat, & Caluus id sibi totum uendicarat. sed mox compositis rebus, cum annum unum & xx rebus p̄fuisset, moritur Ludouico filio superstite.

CAROLVS CALVVS.

Redierat Ludouico mortuo summa imperij ad Carolū Francorū regē, minimū natu Ludouici Pij, qui cū Britonibus & Nortmannis uaria fortuna dimicauit, postea audita Ludouici morte, in Italiā profectus à Ioanne pontifice corona donat imperij. Quare mox in Sarracenos mouens, facile conatus eorū repressit, inde in Galliam reuersus breui Italiā repetit, aduersus quē Ludouici Germani filij, dum bellū parāt, ipse curis confectus, ueneno à Sedechia medico

medico Iudaici sanguinis dato obiit, Ludouico Balbo hærede. Notata in hoc imperatore ambitio momodica

LVDVICVS BALBVS.

Ludouico Calui filio Ioannes pontifex imperij titulū, præter Italiae multorum principū uoluntate solus asseruit, qui e custodia fugiens, cui Romani illū incluserant, & in Galliam contendens, ratum Balbo imperium suo assensu fecit: quod tamen ualentinianus princeps biennio uix obtinuit. obiit anno salutis octingentesimo octogesimo, Carolo Simplicem hærede.

CAROLVS CRASSVS.

Hunc Crassum à corporis (ut arbitror) habitudine dixere, q. Ludouici Germanici regis filius à Ioāne obtinuit, mortuo Balbo, imperij coronam. hic Nortmānos, Pānonasq; uarijs prælijs afflixit. Robertū autē Nortmānorū ducē de sacro fonte leuauit, data illi in uxore filia. Sed mox cū inutilis imperio, nec in eo satis præsidij uideret ad Nortmānos Gallia exturbādos ob subitā uim morbi, abrogato illi imperio post decenniū decessit, laudat in hoc principe religionis studiū, & in literatos hoies beneuolētia, q̄s ad scribendū adhortari solet.

ARNVLPHVS.

Vt nihil certi affirmare de Arnulphi origine habeā, facit scriptorū incōstantia. mihi tamē similis uero uideat, ex Carolo Manno Ludouici Balbi p̄gnatū. nec em̄ uideo, q. fieri potuerit, ut obscurissim⁹ homo (quod quidam asserat) imperio præfuerit, Gallis præsertim suos reges tanta ueneratione colentibus, & ignobiles auersantib⁹. Huius igit̄ uirtus effecerat, ut q̄n Carolus Simplex parū idoneus haberet, iste imperaret. qui aduersus Nortmānos res egregias primo gessit, mox in rapinas, tēplorumq; spoliationes cōuersus, iusta numerū ira plectitur. Nam & prior illū felicitas deseruit, & breui pediculari morbo confectus obiit. illud accessit grauius, quod imperij maiestas in eo defecerit, quæ p̄ annos centū tanta indole à Carolo magno quæsitā, nescias maiore Gallorū dedecore & infamia, an Italiae dāno, ad Germanos tralata sit. Terra certe Italia sub Gallorū principatu adeo floruit, ut uetera Romanorū principū t̄p̄a nō sanē desyderares. sed & anni sexaginta usq; ad Othonē primū Saxonū regē, quib⁹ nullū nō calamitatis gen⁹ sensit illa olim gentiū alūna & parēs Italia, fecere, ut Gallicū nomē desyderabilius foret. Cæterū de his aliās.

OTho PRIMVS.

Sexagesimus ferē agebat ann⁹ ab Arnulphi morte, Berengarijs interim Langobardici sanguinis Italiae uexatib⁹, & Vgone, Rodulpho, & Lothario Gallis principib⁹ rē sibi interdū asserentib⁹. Cæterū cū Berengarius tertius cū Adalberto filio tyrannū uerius q̄ principē ageret, accessit à Romanis Otho. Cuius tūc nomē ac pietas celebris erat, Boleslao Boëmo capto, & Vngaris prælijs alii quot afflictis. Ille igit̄ Saxonia egressus cū L. millibus armatorū Italiae per patentē Foriulij portā ingredit, faciliq; Berengariū & eius filiū ad obsequiū retrahit, q̄s data uenia magna etiā Gallia Cisalpinae parte donat. Inde abiēs Ludouicū Francia regē factione suorū carceri inclusum eripit, nec q̄scere diutius

dd 4 datum

datū Berengario & Adelberto res nouas molientibus. quos facile uictos & captos, alterū in Austra, alterū Byzantiū relegat. Inde Romā pfectus, à Ioanne pōtifice, primus Germanorū principū corona donat' imperij: quē tertio Italiā repetēs, cum grauissimorū criminū reus ageret, sæpe tamen antea ut resipisceret, admonitū, coacta synodo officio deijcit Leone suffecto. Hunc cū Ioannis pōtificis necessarij illo sub Othonis pfectionē redeunte, urbe eiecissent, statim ulturus insignē iniuriā ex Umbria Otho aduolat, ac Romanis COSS. in Germaniā relegatis cum præfecto, Leonē restituit. Sarracenisq; ac Græcis, qui illis adhæserāt, Calabria, Appuliāq; fugatis, in Germaniā reuersus Viennæ obiit. Vir pacis, bellicq; artibus insignis, pietatis aut assertor præcipuus, rebus præfuit ann. xxx & amplius.

OTHO II

HVnc ex Adelaida Lotharij uxore susceptū pater successorē sibi instituit, & inūgendū à Romano pōtifice curauit. Cuius etiā opa Sarracenos, Græcosq; Calabria expulit. Hic mortuo patre, Henricū Bauariæ ducē nouis rebus studentē armis domuit, & aduersus Lothariū Francorū regē, qui sibi Lothoringiā asserebat, Galliā ingressus sædis populationib; uastat. Cæterū dū reuertit, in Axonæ fluuij transitu graui incōmodo à Francis affectus est, plerisq; militū fluminis impetu, alijs ferro enectis, & dum in Italiā festinat ad famā Græcorū principū, qui Sarraceno etiā milite instructi Italiā sibi uendicabant, his congressus ad Basantellū uincit. ipse scapha cōscensa ad mare delatus, Romamq; ex Sicilia pfectus, Beneuetanos in primis ultus est, quos uti desertores oderat. Beneuento aut incensa Bartholomæi reliquias inde asportatas Romæ componit, ubi non multo post fato uita decessit decimo septimo imperij anno.

OTHO TERTIVS.

Non poenitet adhuc Germanorū principū, quippe quorū uirtute Christiana pietas, & res Italica respirarit. Cui restituēdæ uitæ, paternæq; uirtutis æmulus Otho tertius incubuit, q; à principib; Germanis impator Romæ dictus, Brunonē Saxonē pontificē creat, Gregoriū quintū appellatū, inde Saxoniam inuisens, Romā ingētib; mox copijs accinctus, minarū, iræq; plenus aduolat, ferebat uidelicet iniquo aīo Gregoriū ab his expulsum. Capta igit' Roma, & Crescētio autore discordiæ à multitudīne cæso, Ioanne adulterino pōtifice luminib; priuato, Gregorius restituit: q; statim sanctionē eā tulit, quæ p quingentos annos adhuc durat. Impatorū nullus hæreditariā dignitatē uendicato, principes sex, sacri ordinis tres, profani totidē eum deligūto, hi si discordes fuerint, Boëmiæ regē coaptato. Nec multo post Otho undeuigesimo imperij anno naturæ cōcessit. Fuit hic Veneto principi Vrseolo familiaris, in cui' gratiā cū Venetias inuississet, uoti reus palliū aureū, qd' annuū Veneti pēdebāt, remisit.

HENRICVS PRIMVS.

IN Othonis locū ex Gregorij formula Henricus Bauarici sanguinis imperium adipiscit, uir pietate insignis, nec armis ulli priorum principū minor, par sanctimonia, ac innocētia Sinegundæ cōiugis, qua cū Henricus cælibē ppetuo uitā duxit, unde etiā mortuū diuorū numero adscripti miraculis illustres fuere.

Henricus

Henricus igit post Germaniæ res cõpositas, Italiã ingressus Capua Sarracenos expulit. Græcorũ ducẽ Troia à se munita spoliat. quibus gestis octauo imperij anno in humanis esse desijt.

CORRADVS SVEVVS.

Post trium annorũ interregnũ legitimo tandẽ suffragio Corradus Francus eligẽt, uirtute, ac militari disciplina ad tantũ fastigiũ euectus, q̄ cõparato exercitu, Mediolanũ diu obsedit: & cũ supremũ exitium urbi minaret, deterritus oraculo omnẽ grauiorẽ iniuriã abstinuit. Romamq̄ profectus coronã imperij à põtifice accepit. in Sclauos inde ac Pannonas feliciter pugnatũ, qui rebellantẽ Italiã socialib⁹ armis adiuuerant, neq̄ nõ Rodolphũ Burgũdiã regẽ suis cõciuat. Leopoldũ etiã pacis & ocij turbatorẽ, bello petitũ compescit. Mouẽdi belli causa, quod sub initia imperij legem seuerissimã tulerat, si quis pacẽ turbasset. Corrado aut post annum xv uita functo, Henricus successit.

HENRICVS II.

Gener hic Corradĩ imperiũ accipit: & añ oia Odelricũ Boemiã bello fatigatũ tributũ annuũ sibi pẽdere cogit. Inde Petrũ regẽ ab Vngaris eiectũ restituit. Carterũ pertelus eorũ, quã Romã circa põtifices p̄ summũ scelus agerent, Romã cõtendẽs, abdicatis adulterinis põtificib⁹ aliquot, Bambergensem p̄sule põtificiã sedi p̄sicit, quẽ Clementẽ secundũ dixere. & ut caueret in posterũ summorũ põtificũ securitati, iureiurãdo Romanos adigit, neminẽ creatiõni eorũ interfuturũ sine ei⁹ p̄missu. Capuãq̄ aduersus Sarracenos nouo p̄sidio firmata, in Germaniã abiens, duodeuigesimo imperij anno Henrico filio sup̄sente ad superos abiit, cũ Leonẽ nonũ primo, mox eo defuncto Victore secundũ põtifices suo priuilegio declarasset. unde Victor in beneficij gratiã Henricũ adhuc puerũ Cæsare creati passus est.

HENRICVS III.

Si q̄ bello magn⁹, tã pacis artib⁹, ac pietate insignis eẽ curasset, haud dubie Carolis & Othonib⁹ æquari potuit. nemo bellacior hoc uno fuit: nemo collatis signis ad hãc diẽ pluries cũ hoste cõfligit. q̄ppe q̄ Marcũ Marcellũ & Cæsare Dictatorẽ sup̄gressus bis & sexages pugnarit. In Saxones tñ & Rodolphũ eorũ regẽ arma sapi⁹ intetata. quib⁹ cũ cõgressus semp̄ ferẽ uictor abiit. Quin nouissimo p̄lio fugatũ etiã Rodolphũ interfecit. Mathildẽ pontificis partes in terra Italiã tuentẽ uicit Henrici filij opa. sed q̄ bello dar⁹, tã infectatione põtificũ infamis, à quib⁹ diris etiã põtificijs prim⁹ impatorũ post Arcadiũ petitus est. Nec causas in p̄ntia exqrere libet. Certe nunq̄ laudes Gregoriũ põtificẽ ab eo obsessum adulterinũ põtificẽ unũ & alterẽ sup̄inductũ: Dolis & ueneno etiã in illos crassatũ: matrẽ sceminã optimã à filio expullam, atq̄ in exilio mori coactã: Gallorũ memorabilẽ illã expeditionẽ sape impeditã. sed luit mox pœnas. ab Henrico enim filio captus, & Leodij custoditus, pedore carceris post annum XLVIII imperij miserã animam efflauit.

HENRICVS IIII

Quis nõ Hãrici plẽ agnoscat, impietatẽ paternã redolentẽ ex cõtina põtificũ infectatione: sed cui parceret hõ nefarius, q̄ impias man⁹ in qualẽcũq̄ parentẽ intulerit: accessit ad impietatẽ anim⁹ dolo magis q̄ uirtute p̄ter Ger

dd s manorum

manorū morē instructus. quare Pascalē p summā pfidiā pontificē in potestate redactū, nō prius dimisit q̄ ille cūcta rata, quæ uoluit, faceret: à quo coronā q̄q̄ imperij p uim exp̄ssit. Quæ mox uti extorta sibi cū irrita pontifex denūciasset, Henricū in Italiā statim exciuit. Romæ ergo agēs (q̄n̄ pōtifex in Appuliā uita- būdus hoīs furorē cōtenderat) ab Bracharēse antistite iterū corona insigniri uoluit. tertio quoq̄ Italiā inuadēs Gelasū pōtificē urbe pellit. Cuius aduentū re- formidās Henricus (q̄ppe q̄ Nortmānicis armis instructus aduētare dicebatur) in Germaniā redijt, ubi post annū imperij xv obiēs maiorū sepulchro infert.

LOTHARIVS.

Non est cur Saxonū principū pietatē, ac constantiam in asserēda pōtificia dignitate præter alias egregias eorū uirtutes non magnopere cōmendes. nulli certe ex his principib⁹, q̄ Germanici sanguinis fuere, plus pontificū maie- stati detulere: nulli religionē cōstantius fouere. id quod Lotharius à maioribus acceptū uelut hæreditariū in Innocētio præstitit. Quē in Gallijs penē exulē, cū uenerabūdus excepisset, breuī, uti pollicitus est, Barionæ sedi restituit. & in Ger- mania ad cōponendos tumultus, qui exorti erāt, mox pfectus, breui Italiam in pontificis gratiā repetijt: eumq̄, pulso ex Italia Rogerio Nortmāno & pseudo pōtifice ita cōfirmauit, uti nihil inde mouere pōtificis aduersarij sint ausi. sed bre- ue imperiū annorū undecim effecit, ne res felicibus auspicijs cœpta cōualescere admodū potuerit. satis constat, hūc, cū principes imperatorē dicerēt, diu relu- ctatum esse, indignum se professus, qui tantæ rei præficeretur.

CORRADVS SECVNDVS.

Lvdouico Francorū rege cōtra Sarracenos arma parante, Corradus gente Sueuus legitime imperator creatur, qui eandē militiā æmulatus pia & ipse arma induit: sed Bosphorū Thraciū immature à Græco impatore trañcere co- actus, cū deesset cōmeatus, & qui à Græcis comportabat gypso infectus esset per summū scelus, ille Iconij obsidionē, in qua diu fuerat, soluere cogitur: deci- mōq̄ uix milite ex tantā nuper multitudine superstitē, ipse in Germaniam re- tro abiit, & imperij anno xv inglorius obiit.

FRIDERICVS PRIMVS AENEOBARBVS.

Pessimo iam pridē exēplo pōtificiæ cū imperatoribus contentiones inoleue- rāt: dū pōtiffices imperatoriā maiestatē, quā illi suo suffragio ratā facerent, cōtemptim penē habēt, & Romani principes ambitionē in sacerdote præposte- rā æquo animo ferre nō possunt. Vnde omniū malorū fons & origo, his inter- se decertātibus, quorū ope ac cōcordia res Christiana florere diutissime potuit, id cū aliās expti maiores nostri sunt, tū uero hoc tpe utinā non extrema cū no- stra perniciē sentiamus. Certe Friderico ingentes animi, corporisq̄ uirtutes af- fuere, statura procerā, robur & agilitas par, disciplinæ militaris & gloriæ appe- tens: periculorū contemptor animus, non tamen ut ad ea subeunda prudentia deesset: multarū rerū peritia, liberalitas egregia, felicitas summa, quibus uirtuti- bus instructus in Italiā ex more descendens, primum omniū Derthonā por- tas sibi claudere ausam, obsessam capit: inde Romam ad Adrianū pontificem profectus

profectus coronæ insignia accipit. dumq; Cremonā inter redeundū obsideret, nūcijs Alexandri pōtificis opem postulātis ita respōdit, uti rem in dubiū trahere uelle uideret. Hinc primū Alexandro timor, inde aptæ inimicitia exorta, indignate Friderico suū arbitriū declinari, Pōtifice uero rē certā in disquisitionē uenire recusante. Quapropter impator Octauianū ad se uenientē cōplexus cōcilio habito, ut uerū pōtificē adorat, & Alexandrū Alexandricq; fautores infectat, euerfacq; prius Derthona, quæ in partibus Alexandri stabat, Mediolanū inde solo æquat, Galliamq; oēm Cisalpinā eadē sentientē uastat. mox in Germaniā abiens, tertio Italiā maximis copijs cinctus inuadit, Anconemq; expugnat, & Alexandrū Roma fugere compellit. ex urbe aut pestilentia coactus abscedere, postq; iterū suos Germanos inuiserat, Italiā repetit, & Asta urbe capta Alexandria frustra obsidet. & cū Papienses ac Nouocomēses obnoxios sibi in primis haberet, eorū auxilijs fretus, prælióq; Mediolanēsisib; cōgressus, multos ex his amisit. ipse fuga elapsus, quinto post die Papiæ est uisus. Cæterum Alexandro pōtifice Venetias ex diutino errore cōfugiēte, uicto etiā nauali prælio à Venetis Othone filio Friderici (quod uaria monimēta nobis attestant, etsi scriptorū uariet fides) tandē pax Venetijs sancita, Impatorq; ac pōtifex ex diutina discordia amicissimi facti. nec multo post Fridericus, dū reb; Syriacis opē maximo apparatu ferret, iamq; Saladinū & Turcarū principes in maximū sui nois terrore cōicisset, minore etiā Armenia recepta, lauādi causa amnē ingressus perijt cū annos xxxvii imperasset. Aeneobarbus à colore Barbæ ruffæ appellat.

HENRICVS FRIDERICI FILIUS.

A Sperū à moribus appellatū hunc à quibusdā uideo, qui rex Siciliae accepta Cōstantia Rogerij Nortmāni filia in uxore, mox etiā impator à pōtifice dictus, ut maior illi autoritas accederet acquirēdi regni, ductis in Tancredū copijs, q̄ impari matre natus regnū sibi uēdicabat: reclamātib; etiā pōtificibus Neapolim frustra obsidet. Sed & pestilētia, quæ crassabat, auertit ab incepto hoiem, retróq; in Germaniā ad suos abire cōpulis. Tācredo aut breui mortuo, potitus Henricus regni, Maguntinū antistitē, Philippumq; fratrem in Syriā cum nō contēnendis copijs misit. Dedit aut id magis pontificū gratia, quā quod animū haberet Christianæ rei iuuāda. Quare cū imperij anno octauo Messanæ mortuus esset, German⁹ miles, qui Berithū iam in Syriā munierat, & Ioppem obsidione leuarat, tumultuose (ut mos est gētis) ex Syriā in Italiam redijt, nec ullis pōtificis adhortatione in officio contineri potuit.

PHILIPPVS.

Hoc primū tpe in Germania seditione laboratū est, alijs imperij nomen Had Othonē Saxonie ducē, alijs ad Philippum Henrici fratrem trahētibus. stabant aut pro Philippo ij, qui Germanū hominē Saxoni præferebant. recēs insuper Henrici fratris, & Friderici patris memoria Philippum adiuuabant. & nequid ad alendam discordiā deesset, Othoni Anglus rex, Philippo, Frācorū Philippus ex professo fauebant. præualuit tamen Philippus. & fugato sapius Othone, rerum tandē potitur indignante etiā Innocētio pōtifice, qui Othonem imperij

nem imperij infulis redimiuerat. Philippo autem occiso à Palatino Comite, post quā annum nonum imperasset, Otho successit.

OTHO.

Philippo mortuo, facile à Germanis pceribus ad tollendā discordiā sufficit. Otho, pro quo haud dubie pōtificis fauor stabat, quem & cōfestim corona donauit cū Romā petiisset. Ille uero cū & pontificiā ditionis quādā oppida capere, & Friderici Iunioris regnū inuadere uellet, Diris pontificijs petitus, imperij titulis priuatur. Fridericusq; illi ex professo hostis adnitente etiā Innocentio creatur imperator. Quo nuncio in Saxoniam profectus, ut res cōponeret, bellum Philippo Francorū regi indicit. nec sine manifesta uī numinis, & Gallorū uirtute memorabili clade affectus Otho in patriam se inglorius recepit, cum annos tantum IIII rerum potitus esset.

FRIDERICVS.

Vigere in hoc principe, quod negari nō possit, egregiæ corpis, animiq; uirtutes, nāq; auo simillimus, militaris laudis appetentissimus fuit. Corpus laborū nō minus patiens, q̄ strenuū, plurimū audaciæ ad pericula subeūda, non minus tñ cōsiliij inter ipsa discrimina: nullo unq; labore fatigatus, nullis casibus uictus, linguarū peritus, munificentiae singularis: regij splendoris, & ornatus ambitiosissimus, ut in ea pfectione, qua euocatus ad conciliū ab Innocentio fuerat, ostēdit. Nāq; tot & tales secū eduxit, ut togatum agmen exercitui par esset. Sed & urbi Victoriæ à se cōditæ ea oīa affuere, quæ nulli unquā principes habuerint, nulla postea ciuitas simul uiderit. Vestis uaria & preciosa, animātes feræ, cicuresq; diuersi generis, hoim portetosa formæ, & in his Sarracenicis miles illi in primis acceptus. Tāta præterea incolarū frequentia, cōmercij etiā multarū gentiū aucta, ut nihil ad amplissimæ urbis formā deesset. Cæterū has ingētes in principe uirtutes calliditas ingenij, ac perfidia, & saeuitia in Guelphum nomē, neq; nō in pōtiffices odiū obscurarūt. accessit ad hæc libido hoīs immēsa, q̄ præter gentis morē cōcubinas multas & scorta aleret: scriptorib; etiā adnitentibus, ne is, q̄ toties execratione pōtifficia petitus erat, quiq; Italiæ adeo infestus imminebat, uti eā propè ad internicionē redegerit, nō omni insectatione dign⁹ haberet. Cū hac igit̄ uitiōrū, uirtutumq; indole Aquisgrani coronatus, quō se adolescēs adhuc receperat, primū Othonē adhuc sibi obsistentē facile pfligat. Deinde paratissimis copijs de Syria uendicāda sollicitus, Gregorij etiā pōtifficis adhortatione Brundisiū appulit. indeq; soluēs cū Aconē peruenisset, anathemati subiectum se à pōtiffice accipit. unde irarū plenus abiēs, ad Gregorium tñ supplex accessit: impetratq; ab eo uenia, mox illū ludibrio habuit. Quare iterū Diris pōtifficis obnoxius, in Italiā descēdēs Mediolanēses pro pōtiffice sentientes prælio uincit, & captū Petrū Teupolū Venetū eorū ducē carceri inclusum crudeliter necat. in Venetos q̄q; fines incassum arma mota, mox Pisas sese recipiēs, Guelphos, ac Gibellinos pniciosissima Italiæ noīa primus inuexit: quibus adeo Gregoriū exercuit, ut ille nō multo post obierit, prægrauātibus curis. Cælestino aut̄ intra XII diē uita functo, successit Innocētius, qui pertesus hoīs calliditatem

ditatem atq; animū in se hostilem, primum imperio abdicat, deinde anathematis spiculū in illū dīstringens, Henricum Thuringiæ Lanthgrauū (ea est dignitas apud Germanos) imperatorē dicit, mox magnā Italiæ partem in illum armat. Parmāq; per eius absentiam illi adempta, cū eam frustra Fridericus obsideret, tandē eruptione uictus à mōte longo legato est. Captāq; urbs Victoria, ac direpta, nec interim ea clade à pontificū iniuria tēperauit. Ceterū Panormū profectus, Manfredi filij nothi dolo necatur, cū annos duos ac XXX rebus præfuisset. Hic Bononiense gymnasium, quia ciues imperata nō statim fecissent, Patavinum trāstulit, ex Florentia etiā Guelphos populariter eiecit.

RODVLPHVS.

Interregnum à Friderici morte ad Rodolphum Habsburgensem per duo deuinginti annos fuit, quo spacio Manfredus Friderici filius & Corradinus regno Neapolitano pariter & uita à Gallis spoliati sunt. Interim Rodolphus ex comite (uti nūc uocant) imperator declaratus Alphonso Castellæ posthabito, qui eā dignitatē ambierat, Othocarū Boëmiæ regē acie uictum occidit. Pseudo Fridericū captum, qui se pro Friderico iuniore Sueuis ostentabat, Nonesij combussit. Ciuitates Heturriæ libertate accepta pecunia donauit, quā rē Honorius pontifex uti infamem, sibi tamen, & Italiæ non inutilem magis non probauit, quā prohibuit. Obijt autem Rodolphus xviii imperij anno, & Spiræ sepelitur, in quo si auariciam non accuses, cetera non reprehendas. Italia certe tum primum aliquid sibi polliceri potuit, Luchino Italici sanguinis uicarij nomine tūc Mediolani præfecto. floruit huius imperio Albertus cognomēto Magnus.

ADOLPHVS ASSIAE.

Donatus imperij titulis hic primum in Columbarienses mouit: inde in Albertum Austriæ ducē dum bellum parat: quem proceres Germaniæ, peritelli Adolphi fordes & ambitionem, eo reiecto, imperatorem declararant, ab eodem apud Vangionas prælio superatur & occiditur, cum annos octo rerum potitus esset.

ALBERTVS.

Rodulphi superioris filius & Austriæ dux, à patre Othocaro occiso declaratus principum suffragio & Bonifacij pontificis assensu dicitur imperator. & Bonifacius eo libentius assensit, cum id obstinatissime antea negasset, quod Philippum Francorum regem oderat. Quare ea conditione Alberto ratum imperium fecit, ut regnum quoq; Francorum sibi uendicaret, ille uero post Adolphum in Spirensi agro caesum, cum copias tantæ rei idoneas parat, à Ioanne fratris filio interficitur post decimum imperij annum.

HENRICVS LVCELBURGENSIS.

Henricus ex Lucelburgo Romanorū impator designat. Cui Clemēs pontifex ea cōditione ratū imperiū fecit, ut primo quoq; tpe in Italiā transcenderet, quā puinciā eo libētius Henricus obeūdā suscepit, qd Guelphici nois hostis, prauales ei factiōis opes infringere optabat, p Taurinos igit saltus Italiæ insinuat Mediolani factionē turrianā oppssit, uiccomiti sūma rerū demā data, inde

data. inde Romā profectus accepta imperij corona, & ab Vrsinis breui expulsus, adiuuante etiā Roberto rege Hetruriam repetit. Arretijq; agens post Robertum regno priuatum, dum Florentinis immineret, qui iam de salute desperant, ueneno in eucharistia dato, periit anno imperij v.

LVDOVICVS BAVARVS.

Hic Rodulphi impatoris ex filia nepos Fridericum Austriae ducem aduersarium habuit: qui cum per octo annos bellum uaria fortuna gessit. Caeterum Friderico capto & occiso Bauarus rerū potitur, pariq; temeritate imperatore se citra pontificis assensum appellat. Qua iniuria offensus Ioannes XXII illi sacris interdixit, uerū homines iuxta ac numina contemnēs, Italiā mox petit: atq; in uicecomites ingratiſſimus, quorum ope adiutus praecipue uenerat, Castruti filios pari improbitate, qui Gibellinae factionis fautor acerrimus fuerat, paterno principatu exiit: Romaeq; coronatus à Stephano Columnio Petrum Corbariensem pseudopontificē creat minoritanae familiae unū, quē & Nicolaum appellari uoluit, & ne quid ad serendas discordias malorū deesset, tyrannos in ijs oppidis, quae pontificij iuris erant, priua autoritate instituit, pontificem aemulatus, qui & ipse Galliae Cisalpinae multos autoritate sua regulos praefecerat, imperij tandē anno XXXII cum uaria tentasset ad recōciliandam pontificis gratiam obiit.

CAROLVS. IIII

Prius q̄ hic imperium adiret, Germani principes Edoardum Anglum & Misnensem principem ac Guntherum motis nigri regulum Caesares declararāt. Caeterū altero post alterū uita functo, res ad Carolum Boēmū deuenit: q̄ Ioanne Henrici impatoris filio natus adolescēs adhuc egregiā in terra Italia patri operā nauarat, quo ab Anglis interfecto ea acie, qua Philippus Valesius Francorū rex ab hisce p̄fligatus est, imperiū adipiscit. literis ac linguarū multarū cognitione instructus: sed q̄ Boemae suae q̄ Germanis, aut Italis consultū mallet, nā cū Pragā (Boemiae id oppidū totius regni metropolis) uarijs operib; excoluisset, imperij maiestate adeo neglexit, ut coronā tātae maiestatis auctoramentū turpissima pactione acceperit ab Innocentio: qua cautū erat expresse, ut ab acceptis insignib; cōfestim Italia abscederet, additū & grauius facinus, quod Venceslaum filium adolescentem à principibus Germanis Caesarem dici obtinuit exemplo maxime improbando. Imperauit an. XXXII.

VENCESLAVS.

Avo patriq; ab similib; p̄ ignauā, ac socordiā iperij res afflixit: afflixissetq; diutius, nisi à fratre Sigismūdo captus, mox etiā p̄cerū cōsensu abrogato illi imperio, Robertus Bauarus illi surrogatus esset. Hic Galeacium ex comite Mediolanensibus primus ducē dedit: quae dignitas ad nepotes postea transiit, quoad res Insubriae ad Francorū regē rediit. Praefuit an. XXXII.

ROBERTVS BAVARVS.

Cum Venceslao successus esset Robertus Bauariae dux, nihil ille antiquius habuit, q̄ ut Forētino populo gratificaturus, ad cōprimendā Galeacij uicecomitis potentia in Italiā transcenderet. Caeterum ad Benacū Galeacij co-

prijs con-

pijs cōgressus facile repellē. unde mox ad Venetos deflectens, magno ab his honore excipitur. inde soluens incassum Florētinis adnitentibus ne Italia excederet, in Germaniam retro abiit paci, religioni q̄ uacaturus. uita functus est anno Imperij decimo.

SIGISMVNDVS.

O Primū haud dubie principē, ac nobilissimū Germania nobis imputet: & qui si ad pacis artes, quibus excelluit, parem belli felicitatē addidisset, Carolis & Othonibus æquari potuit. nā puer adhuc per Mariā uxore ad Pannonici regni spem euocatus, mox adolescens Venceslao fratre, quod parū utilis haberetur, à se capto, Boëmiæ regnū hæreditariū assequit̄: sed & Alberto uita functo, omniū uotis imperator designat̄. Hic igitur Pannonia potitus à Ludouici morte, cui Maria superstes filia fuit, duos ac xxx regulos securi percuti iubet, quod regię puellæ aduersati essent. Vnde illi tāta mox gētis inuidiā cōflata, ut post uxoris mortē captus, necādusq; magis q̄ asseruādus scēminæ, cui⁹ maritū ille interfecerat, sit traditus: ille uero maiestate oris & blāda oratione dimissus, hinc Boëmiā petit. quā nō sine labore uix tandē obtinuit, longo ab his bello, ac difficili petitus, sæpe etiā acie ab his uictus. Nec Italica expeditio una alteraue in nos Taurisino agro peruastato felicior. nam Pippus eius dux, & ipse mox tota Venetia ac Foroiulio Venetis armis expellitur. Hinc quia grauius periculū à Turcis imminebat, qui iam magnæ Europæ parti sese insinuarant, Gallicis etiā Philippi Burgūdi copijs accinctus, ab Amurate Turcarū principe graui prælio uictus, castris etiam exiuit. Cæsis magna ex parte ducibus, & Philippo capto, ipse Byzantiū fugiēs, mox Venetæ dallsis occursum, cui Thomas Mocenicus præerat, incolumis de fuga uix euasit. quæ clades ignominiosior ne an funestior fuerit, haud satis explicē. Discordia certe nostra Victor hostis Hadrianopolim se recepit, & hæc foris. Quantū autē pace præstitit: præter generis nobilitatē (quæ haud dubie clarissima fuit, tot summorū principū serie) & præter insignē corporis proceritatē, ac imperatoriā planè indolē, affuit illi liberalitas, ac munificentia quanta in nullo antea principū: religionis ac pietatis augendæ studiū incredibīle: multarū etiā linguarū scientia, & in his linguæ latinæ studiū excelluit. quare doctos homines in primis fouit, & dignitatibus etiā amplis honestauit. Accusauit sæpe Germanos principes, qui latinæ odissent literas. A quibus reprehensus quandoq; quod doctos homines foueret, sed humiles genere: Ego, inquit, eos amo, quos natura alios antestare facile uoluit. Illud autem nulla unq; ætas obliuiscat, quod trienniū magnā Europæ partē ipse peragrarit, dum principes Christianos, ac pōtificates adit, quo schisma Christiano nomini calamitosissimū tollerēt. Nec alterius principis opera magis enituit in uera pietate uindicanda. quare ita effecit, ut reiectis adulterinis trib⁹, qui Barionæ sedē inuaserāt, Oddo Colūnius magno omniū cōsensu pontifex declararetur. parem operā Eugenio in Basileenſi synodo tollenda præstitit: à quo tamē prius contemptim penè habitus, ac uix post sextū mēsem q̄ Senis fuerat, imperij corona donatus est. Hic uero princeps egregius cum sine uirili prole decessisset, Albertū Austriæ ducē filix maritū, & utriusq; regni hæredē reliquit anno imperij uigesimo septimo.

Albertus.

ALBERTVS.

Nemo unquam maiore spe ad imperium uenit, & sanè conceptam animis hominum opinionem haud frustratus esset. siquidem toto biennio, quo praefuit, Morauos ac Sarmatas, qui hodie Poloni sunt, intra suos fines quiescere compulit. Ptaconem Boemum factionis haereticae caput, ita attriuit, ut tota Boemia sibi cederet. in Turcas autem profectus Synderouiam castellum ad Danubij ripam munitissimum obsidentes, dum copias in itinere maiores expectat, oppidani deditioem fecere. ipse Austriam repetens apud locum, cui Longa uilla est nomen, dysenteriae morbo confectus est, Ladislao filio superstite.

FRIDERICVS III.

Pacis atque otij studiosissimus Fridericus extitit: quam tenore perpetuo annos quatuor ac L. (tot enim rerum potitus est) coluit, seu fatum id fuerit quietiore Germania, quam multis retro actis aetatibus, seu prudentia uerius id principis effecit. ille uero nihil ab initio antiquius habuit, quam tuendam pacis studio, tumultus, qui oriebantur sedare: quare & seditionem mouentes Austriales facile compe-scuit, & bellum à Matthia Pannonum rege illatum composuit. Quinetiam in Flandros mouens, qui Maximilianum Caesarem asseruarerent, recepto filio paucorum poena contentus, omnem discordiarum fomitem sustulit. Ducta igitur Heleonora Lusitanici sanguinis, cum in Italia transcensisset, ad Nicolaum pontificem profecturus, ab eo nullo non honoris genere excipitur, illi & uxori corona imperij imposita. Hinc Neapolim diuertit in Alphonsi gratiam, cuius Heleonora perneccessaria erat, nec minore apparatu à Venetis, (eius enim urbis inuisendae incredibili desyderio flagrabat) obuiam illi itum: quos exinde summa semper amoris, ac beneuolentiae significatione dilexit. eius etiam opera Amadeus Allobrox, qui se pro pontifice gerebat, Basileensi concilio innixus, in ordinem se redigit. Iterum Paulo pontifice priuati penem more uoti reus Romam petijt: quo danatus retro ad suos abiens quiescente Germania, tandem imperij anno quarto ac quinquagesimo naturae concessit, Maximiliano filio Caesare prius declarato.

MAXIMILIANVS.

Supererat mihi Maximilianus imperator, quem pater octauo antequam moreretur anno, Caesarem designandum curarat: magnus bello princeps, & pace praclarus. cuius eximia bonitas, liberalitas summa, & Christianae pietatis cultus praecipue commendantur. accedunt ad haec animi dotes, oris probitas, statura quadrata, in qua tamen imperatoria maiestas eluceat, corpus ualidum ac robustum, idemque laboris, atque operis patientissimum, par uictus frugalitas, & ex eo ualido perspicua. De hoc autem, cum adhuc uiuat, Plutarchumque ac ueteres alios scriptores aemulatus, nihil est quod addam. Deus faxit, ut quod illum agitare semper animo Vincentius Quirinus assererat, qui legatum Venetum egit apud illum summa cum laude, ex sententia confirmari. neque enim iustius ullum est bellum quam quod pro religione sumit, & ea denique uera aeternaque gloria principum nostrorum existimari debet, quam res praclarae in hostes fidei gestae commendant.

TERTII ROMANORVM PRINCIPVM LIBRI, FINIS.